

## Anhang.

### I. Testimonia.

- I. *Julius Romanus* (s. III) bei *Charisius Gr. L. I* 216, 28 (s. Fragmente V, VIII, IX, XI, XII, XIII)  
Asper commentatorio Sallustii historiarum.
- II. *Aelius Donatus* (s. IV) im *Terenzkommentar* (s. Fragmente I—III).
- III. *Ausonius* (s. IV) 3, 17 ff. p. 2 Sch.  
Nec fora non celebrata mihi, set cura docendi  
Cultior et nomen grammatici merui,  
Non tam grande quidem, quo gloria nostra subiret  
Aemilium aut Scaurum, Berytiumue Probum.
- IV. *Ausonius*: *Epist. 18, 27*  
quem Claranus, quem Scaurus et Asper, quem sibi conferret Varro.
- V. *Seruius* (s. IV ex) im *Vergilkommentar* (s. Fragmente X, XV, XXVI—XXVIII, XXXI, XXXVII—XXXIX, XLV, XLVI, XLVIII, XLIX, LI—LV).
- VI. *Hieronymus* (s. IV/V): *Apol. adv. Rufinum 1, 16* (2 Sp. 472 Vall.)  
Puto quod puer legeris Aspri in Vergilium et Sallustium commentarios (Vulcatii in orationes Ciceronis, Victorini in dialogos eius et in Terentii comoedias praeceptoris mei Donati, aequo in Vergilium et aliorum in alios, Plautum videbet, Lueretium, Flaccum, Persium atque Lucanum).
- VII. *Augustinus* (s. IV/V): *De utilitate credendi 17*  
Nulla imbutus poetica disciplina Terentianum Maurum sine magistro attingere non audes, Asper, Cornutus, Donatus et alii innumerabiles requiruntur, ut quilibet poeta possit intellegi.
- VIII. *Macrobius* (s. IV/V): *Saturnalia* (s. Fragmente XXXII, XXXV).
- IX. *Rufinus Antiochenensis* (s. V): *Comment. in metra Terentiana Gr. L. VI* 555, 1 (s. Fragment IV)  
Asper in commentatorio Terentii.
- X. *Rufinus Antiochenensis*: *Comment. in metra Terentiana Gr. L. VI* 565, 1  
Mensuram esse in fabulis Terentii et Plauti et ceterorum comicorum et tragicorum dicunt hi: Cicero, Scaurus . . . Helenius, Asper, Fl. Caper, Arruntius, Probus, Plinius, Euanthius, Sacerdos qui et Donatus, Iuba.
- XI. *Pompeius* (s. V ex): *Comment. artis Donati Gr. L. V* 273, 12 (s. Fragment VII).
- XII. *Consentius* (s. V?): *Ars Gr. L. V* 402, 15 (s. Fragment XVIII).
- XIII. *Priscianus* (s. VI): *Partitiones XII uers. Aen. 131: Gr. L. III* 489, 36 (s. Fragmente LVII, LVIII a, b)  
Asper de uerbo.
- XIV. *Lydus* (s. VI): *De magistr. 3, 8* (s. Fragment VI)  
*Αἰμίλιος ἐν τῷ ὑπομνήματι τῶν Σαλλονοτίου ἴστοριῶν.*
- XV. *Scholia Veronensis ad Verg.* (s. Fragmente XX—XXIV, XXIX, XXX, XXXIII, XXXIV, XL—XLIV, XLVII, L, LVI).
- XVI. *Scholia Vaticana ad Verg.* (s. Fragmente XVI, XVIIa).
- XVII. *Ps.-Probus*: *Comment. in Verg. Bucolica et Georgica* (s. Fragmente XIX, XXV).
- XVIII. *Philargyrius*: *Explanatio in Bucolica Vergilii* (s. Fragment XIV).
- XIX. *Scholia Bernensis ad Verg. Georgica* (s. Fragment XVIIb).
- XX. *Scholia ad Statii Achill. I* 238 (s. Fragment XXXVI).

## II. Fragmenta.

### A. Comment. in Terentium.

#### I. *Donati comm. Terenti ad Adelph.* 323 (III 2, 25)

QVID FESTINAS MI GETA Probus personae assignat hoc Sostratae, Asper non uult ad omnia serum respondere, sed nutricem putat hoc loqui.

#### II. *Donati comm. Terenti ad Adelph.* 559 (IV 2, 20)<sup>5</sup>

EM VIDE VT DISCIDIT LABRVM Asper medium longam a caedendo accipit, ego medium breuem a scindendo.

#### III. *Donati comm. Terenti ad Phorm.* 74 (I 2, 24)<sup>1</sup>

MEMINI RELINQVI ME D. I. M. sic Vergilius (*Aen. XII* 539—40) ‘nec di texere Cupencum Aenea ueniente sui’. hoc Asper, sed mihi uidetur ad hoc addidisse ‘meo’, ne esset ἀμφίβολον, cui diceret ‘irato deo’. Naevius in Stalagmo (*Ribb. com.* <sup>3</sup> p. 21) ‘†nisa deo meo propitio meus homo est’.

#### IV. *Rufini comm. in metra Terentiana Gr. L.* VI 555, 1

Asper in commentario Terentii sic:

Hosce uersus agere coepisset (*Phorm. 315 = II 2, 1*) ‘itane patris ais aduentum ueritum hinc abiisse ad domum’ et deinceps qui secuntur quadrati.

### B. Comment. in Sallustium.

#### V. *Julius Romanus de aduerbio = Charisius Gr. L.* I 216, 28

RECENS Asper commentario Sallustii historiarum I (fr. 2 *Maurenbr.*) nunc aduerbium nunc nomen id esse dicit, ut ‘recens scrip⟨tum⟩’. potest enim esse temporis ⟨aduerbium⟩.

#### VI. *Lydus de magistr.* 3, 8

⟨οἱ δὲ⟩ νομενιλάτωρες, ὃς φησιν δὲ Αἰμιλίος ἐν τῷ ὑπὸ πομνήματι τῶν Σαλλοντίον ιστοριῶν (I fr. 48 M.), ὄνομασται καὶ ἀναφωνηταὶ τῶν τογάτων εἰσίν.

#### VII. *Pompeii commentum Gr. L.* V 273, 4

AD et APVD . . . discretionem relinquunt in loquendo . . . . nos hodie hoc teneamus, ut AD semper ad locum sit, APVD semper in loco sit. legimus quidem apud Sallustium — in historiis (I fr. 119 M.) habemus — ‘ille Conisturgim apud legiones uenit’: mutauit praepositionem. Asper defendit et ita dixit:

CONISTVRGIM VENIT ad quam Conisturgim uenit? ubi fuerant legiones, quo uenit. conuertas ordinem: iste enim dixit ‘Conisturgim apud legiones uenit’ id est apud Conisturgim fuerant legiones, quo iste uenit. mutauit ordinem. ergo APVD in loco esse debet etc.

#### VIII. *Julius Romanus de aduerbio = Charisius Gr. L.* I 215, 5

PROCVL Sallustius historiarum II (fr. 13 M.) ‘nam procul et diuersis ex regionibus’, ubi Asper:  
ergo ‘procul’ e loco est.

#### IX. *Julius Romanus de aduerbio = Charisius Gr. L.* I 209, 6

OBVIAM pro ‘obuius’ Sallustius historiarum II (fr. 112 M.), ubi Asper ait:  
uetuste ‘obuiam fuere’: aduerbio maluit uti quam nomine.

Sisenna Milesiarum XIII ‘obuiam uenit’, M. Cato dierum dictarum de consulatu suo ‘mihi atque classi obuiam fiunt’, Plautus in Bacchidibus (IV 4, 16) ‘oho oportune mihi est obuiam’.

#### X. *Seruius ad Verg. Aen. XI* 801

NEQVE AVRAS NEC SONITVS MEMOR haec est antiqua lectio, namque apud maiores trahebatur interdum a Graeco genetiuus singularis. hinc est et ‘paterfamilias’ et ‘materfamilias’, quae duo tantum nomina remanserunt, nam nec ‘huius auras’ nec ‘huius custodias’ secundum Sallustium, qui ait (*hist. III* fr. 58 M.) ‘castella custodias thesaurorum’ pro ‘custodiae’: ita enim etiam Asper intellegit, licet alii ‘custodias’ accusatiuum uelint.

#### XI. *Julius Romanus de aduerbio = Charisius Gr. L.* I 196, 18

CETERVM Sallustius historiarum IIII (fr. 69, 16 M.) ‘scio equidem tibi magnas opes uirorum, armorum et auri esse, et ea re ab nobis ad societatem, ab illis

ad praedam peteris. ceterum consilium est Tigranis regno integro meis militibus belli prudentibus procul a domo per nostra corpora bellum confidere', ubi Asper:

CETERVM quo modo positum est? pro 'alioquin': alioquin consilium est? an pro 'relicum', ut sit nomen: relicum consilium est?

XII. *Julius Romanus de aduerbio* — *Charisius Gr. L. I* 216, 25

RVMORE PRIMO Sallustius historiarum (*fr. inc. 17 M.*), ubi Asper:

non est, inquit, nomen sed aduerbium, ut illud (*Verg. Aen. I* 613) 'opstipuit primo aspectu Sidonia Dido'.

XIII. *Julius Romanus de analogia* — *Charisius Gr. L. I* 139, 22

OMNES Sallustius in Catilina (51, 1) 'omnes, p. c., qui de rebus dubiis consultant ab odio amicitia i. a. m. u. d.', cum idem in eodem (1, 1) 'omneis homines qui sese student praestare ceteris animalibus': quod ratione potius esse subnixum sub F et sub N littera poterit ostendi. sed Asper

si <gene>tiuus, inquit, 'omnium' I litteram natura retinet, et in accusatio esse seruandam.

C. Comment. in Vergilium.

a) In Bucolica.

XIV. *Philargyrius ad Verg. Ecl. II* 70

FRONDOSA VITIS id est: de qua si quis biberit, furit. sic Varus 'et frondosam' inquit 'et semiputatam queritur uitem'. Asper 'tarditatem queritur' inquit 'quia statim post uindemiam putant uites'.

b) In Georgica.

XV. *Seruius ad Verg. Georg. II* 324

VERE TVMENT TERRAE ET GENITALIA S. P. Asper simpliciter accipit, ut 'terrae' nominatiuus pluralis sit; Donatus uero 'terrae' genetiuum uult esse singularem . . . . . sed melius Asprum sequimur, ut 'genitalia semina' quae nos iacimus intellegamus, non quae ex terra siluae suscipiunt.

XVI. *Scholia Vaticana ad Verg. Georg. IV* 452

NON TE NVLLIVS bene dixit 'non te nullius': haec enim numina non humiles sunt sed magni. et significat Tisiphonen . . . et aliter: Asper 'non nullius', inquit, id est non leuis numinis; significat autem nympharum <iram>, non, ut quidam uolunt, Orphei manum.

XVIIa. *Scholia Vaticana ad Verg. Georg. IV* 520

CICONVM QVO MVNERE MATRES . . . Asper 'quo munere' ob quam rem uult accipi . . .

XVIIb. *Scholia Bernensis ad Verg. Georg. IV* 520

QVO MVNERE quam ob causam, uelut Asper uult.

c) In Aeneidem.

XVIII. *Consentius Gr. L. V* 402, 10

. . . iam communi quasi consensu in scandendo non solum nostra aetate, sed etiam apud scriptores synaliphae nomen praeualuisse uideo, adeo ut quasi uno consensu paene omnes ethlipseos exemplum non aliud dent quam (*Verg. Aen. I* 3) 'multum ille et terris', quod ipsum tamen refert quo modo scandatur. nam si 'multil' facies, episynaliphe erit secundum Asperum, qui dicit de duabus syllabis unam fieri, sicut 'tant' ex 'tantone'. secundum me autem paragoge est etc.

XIX. *Ps.-Probus ad Verg. Ecl. VI* 31 (*Serv. ed. Thilo-Hagen III* 2 p. 341, 7 sq.)

Sed ut Vergilius in uersibus superioribus (*Ecl. VI* 32) 'terrarumque animaeque', cum significaret aerem, ergo in his quoque uersibus (*Aen. VI* 726) spiritum pro aere accipiemus quattuor elementorum facta descriptione . . . . nam et quod ait Vergilius (*Aen. I* 58—59) 'ni faciat, maria ac terras caelumque profundum quippe ferant rapidi secum uerrantque per auras', non, ut Asper putat, mundum in tres partes diuisit, nam pro aere uenti hic extrinsecus accipiuntur.

- XX. *Scholia Veronensis ad Verg. Aen. II 305*  
 RAPIDVS MONTANO FLVMINE TORRENS Asper: 'montano' magno, aut quod monte decurrat rapidus, et 'torrens' (dicitur is), qui aestate arescens hieme attollitur, quem Graeci χειμάρρον vocant, sed nos ei nomen (ab aestate) posuimus, Graeci ex hieme.
- XXI. *Scholia Veronensis ad Verg. Aen. III 691*  
 COMES INFELICIS VLIXI Cornutus: num indecorum hoc dicitur, cum sit Ulixes hostis Aeneae? Asper: non indecorum, sed pa<the>tice et magnifice, quoniam eadem erroribus et periculis patiebatur Aeneas.
- XXII. *Scholia Veronensis ad Verg. Aen. III 701*  
 APPARET CAMERINA PROCVL Asp.: Camerina Siciliae oppidum . . . . . (emit)teret pestem . . . ensibus in ca . . . e exhaustire eam instituerunt, quae cum attingere[n]tur, satis tetrum odorem red(didit). tum consilio capto ad oraculum Apollinis abierunt. (ibi responsum a deo est ita 'μὴ ζίνει Καμερίνης αὐτίνης γὰρ ἀπείλων').
- XXIII. *Scholia Veronensis ad Verg. Aen. IV 146*  
 PICTIQVE AGATHYRSI Asper: 'pictos' stigmosos, ut (*Georg. II 115*) 'pictosque Gelonus'. *Laeuius* in Protesilaodamia 'fac papyrin . . . haec terga habeant stigmata'.  
*Scaurus: etc.*
- XXIV. *Scholia Veronensis ad Verg. Aen. IV 178*  
 ILLAM TERRA PARENTS IRA INRITATA Cornutus: . . . . . posset. Asp.: an(imo) irritato in deos saeuire Famam creauit, per quam quia introducuntur inuicem certantes et adulter(asse) deos (inter se) et belligerasse, haec nobis innotescerent. Famam Vergilius singulariter, atqui Sa(llustius plu)rali numero, ut in primo historiarum (*fr. 107 M.*) 'ac per omnem prouinciam magnae atque atro(ces famae ibant), cum ex suo quisque terrore quinquaginta aut amplius hostium milia, nouas immanes f(ormas fluctibus) Oceani (ad)pulsas corporibus hominum uesci contendenter'.
- XXV. *Ps.-Probus ad Verg. Ecl. VI 31* (*Serv. ed. Thilo-Hagen III 2 p. 337, 17 sq.*)  
 Apte igitur Anchises de rebus diuinis alibi loquitur, ut hic Silenus. quaeramus igitur, an et ibi, sicut hic, quattuor principia designet (*Aen. VI 724—26*): 'principio caelum ac terram camposque liquentes lucentemque globum lunae Titaniaque astra spiritus intus alit'. nam terram simpliciter dixit, in campis liquentibus mare significat. ceterum caelum quod dixit, si pro igni accipimus, ubi aer? sin uero caelum pro aere, ubi ignem requiremus?
- Aemilius Asper cum hunc locum adnotaret, sic ait: haec membra naturae sic solet iungere, ut in tria diuidat; nam et alibi (*Aen. I 58*) 'maria ac terras caelumque profundum' et Homerus (*I. XVIII 483*) similiter 'ἐν μὲν γαῖαν ἔτενξ, ἐν δ' οὐρανόν, ἐν δὲ θάλασσαν'.  
 sed et Homerum ipso hoc loco possumus probare quattuor elementorum mentionem fecisse, nam 'ἐν μὲν γαῖαν ἔτενξεν' Achilles significatur, ut homo terrenus, cui arma fiebant, 'ἐν δ' οὐρανόν' aerem scilicet, in quo ista fiebant: ignem extrinsecus adhibebimus in ipso Vulcano. similiter et Ennius in Medea exule in his uersibus (*v. 284—86 V.2*) 'Iuppiter tuque adeo summe Sol, qui omnis res inspicis, quique lumine tuo maria terram caelum contines, inspice hoc facinus: priusquam fiat, prohibessis scelus'. iam et hic Iuppiter et Sol pro igni, qui mare et terram et caelum continet, *<ut>* non dubie caelum pro aere dixerit *etc.*
- XXVI. *Seruius ad Verg. Aen. VI 788*  
 HVC GEMINAS NVNC FLECTE ACIES totum uisum tuum hue dirige et hunc specialiter intuere. sic Asper.
- XXVII. *Seruius ad Verg. Aen. VII 169*  
 SOLIO MEDIUS CONSESTIT . . . solium est . . . secundum alios a soliditate dictum, secundum Asprum per antistichon quasi sodium a sedendo; nam et sella quasi sedda dicta est.

- XXVIII. *Seruius ad Verg. Aen. VII 337*  
 TIBI NOMINA MILLE facies, ut (*Aen. II 558*) ‘et sine nomine corpus’.  
 ‘mille’ autem secundum Euripidem, in cuius tragoedia dicit furia se non  
 esse unius potestatis, sed se Fortunam, se Nemesin, se Fatum, se esse Ne-  
 cessitatem. ita dicit etiam Asper.
- XXIX. *Scholia Veronensis ad Verg. Aen. VII 341*  
 EXIM Asp.: statim. haec sine ulla lectionis intercapedine pronuntianda sunt,  
 quia *κωρὸν πρόσωπον* induxit hoc ex nocendi festinatione ideoque illam per-  
 fecto officio induxit loquentem. sic et in primo (*Aen. I 689*) Cupido matri  
 non respondit. et ‘Gorgoneis uenenis infectam’ abusue non quoniam Gor-  
 gonis angues habeat, sed quoniam ut Gorgo serpentibus armata fuerit.
- XXX. *Scholia Veronensis ad Verg. Aen. VII 485*  
 <TYRRHIDAE PVERI> Asp.: nomen Tyrri ab historicis traxit: Tyrrhum  
 enim aiunt fuisse pastorem, apud quem L(auinia) delituit tum, cum Ascanium  
 timens fugit in silvas. hic Latini uilicus traditur fuisse.
- XXXI. *Seruius ad Verg. Aen. VII 543*  
 ET CAELI CONVEXA PER AVRAS Probus Asper Donatus dicunt hoc loco  
 ‘per’ bis accipiendum, ut: adloquitur Iunonem per caeli conuexa et per auras.
- XXXII. *Macrobius Saturn. III 5, 9*  
 adeo autem omnem pietatem in sacrificiis, quae dis exhibenda sunt, ponit,  
 ut propter contrariam causam Mezentium uocauerit contemptorem deorum.  
 neque enim, ut Aspro uidetur, ideo ‘contemptor diuum’ (*Verg. Aen. VII 648*)  
 dictus est [sc. Mezentius], quod sine respectu deorum in homines impius  
 fuerit, alioquin multo magis hoc de Busiride dixisset, quem longe crudelio-  
 rem ‘inlaudatum’ uocasse contentus est. sed ueram huius contumacissimi  
 nominis causam in primo libro originum Catonis diligens lector inueniet.
- XXXIII. *Scholia Veronensis ad Verg. Aen. VII 683*  
 GELIDVM MQVE ANIENEM Asp.: Ani(o) . . . . ad tertium miliarium.
- XXXIV. *Scholia Veronensis ad Verg. Aen. VIII 106*  
 TEPIDVSQVE CRVOR Asp.: ‘cruor’ proprie, nam quamdui in corpore est,  
 sanguis est; cum fluit, crux; cum exiit, tabus est.
- XXXV. *Macrobius Saturn. III 6, 13*  
 nec frustra in eodem loco dixit (*Aen. VIII 270*) ‘et domus Herculei custos  
 Pinaria sacri’; quidam enim Aram Maximam, cum uicino conflagraret incendio,  
 liberatam a Pinariis ferunt, et ideo sacri custodem domum Pinariam dixisse  
 Vergilium. Asper ‘*νατὰ διαστολήρ*’ inquit ‘Potitiorum, qui ab Appio Claudio  
 praemio corrupti sacra seruis publicis prodiderunt’. sed Veranius etc.
- XXXVI. *Scholia ad Statii Achill. I 238*  
 Velius Longus Pholum tradit aduersum centauros ab Hercule adiutum, cum  
 Herculem recepisset hospitio. Asper tradit: Pholus dum sagittas Herculis  
 stupet, quibus tot centauros occiderat, unam ex illis in pedem cecidisse,  
 cuius uulnere sanari non potuit. ideo credunt nonnulli ab Hercule occisum.  
 (zu *Verg. Aen. VIII 294*, vgl. Seruius).
- XXXVII. *Seruius ad Verg. Aen. VIII 383*  
 GENETRIX NATO TE FILIA NERI . . . . ‘Neri’ autem pro ‘Nerei’: omnia enim quae in EVS exeunt hodie, apud maiores in ES exibant, ut Nereus Neres, Tydeus Tydes, et genetiuum in IS mittebant, Tydis Neris. sed quia plerumque S supr(em)a in latinitate detrahitur, remanebat I. hinc est ‘filia Neri’, ‘inmitis Achilli’ (*Aen. I 30*), item in Sallustio (*hist. I fr. 8 M.*) ‘ad bellum Persi Macedonicum’. sic Asper.
- XXXVIII. *Seruius ad Verg. Aen. IX 4*  
 SEDEBAT ut Asper dicit, ‘erat’, quae clausula antiqua est et de usu remota.
- XXXIX. *Seruius ad Verg. Aen. IX 30*  
 ALTVS PER TACITVM sane bene addidit ‘per tacitum altus’, hoc est per  
 profundam altitudinem; nam licet crescat, intra ripas tamen est, nec (ut  
 Nilus) superfunditur campis. unde Asper distinxit ‘altus per tacitum’.

- XL. *Scholia Veronensis ad Verg. Aen. IX 362*  
 Asp.: de quaestionibus uel maxima. Remulus, inquit, dat nec addit nomen (nepotis, in) quo σχῆμα illud nobis proficit, quod Vergilius, quando dicit alicui datum nec dicit nomen, (hoc uidetur) ostendere cognominis fuisse.  
 Ha(terianus . . . etc.
- XLI. *Scholia Veronensis ad Verg. Aen. IX 363*  
 Asp.: et hoc obseurum, sed hoc modo fiet lucidum. primum Rutulos accipere debemus Rham(netem solum et) ex eodem schemate erit dictum, si ita uis intellegere (*Georg. I 38*) 'quamuis Elysios miretur Graecia saltus'. ita etiam Homerus (*Il. II 709? XVI 807?*) certe. forsitan et illud sic dictum (*Aen. IV 661—62*) 'hauriat hunc oculis ignem crudelis ab al(to Dardanus)': ita enim pro Dardanio et sic Aeneas, ubi genus positum pro specie. erit ergo talis sensus: pos(t mortem autem) Remuli nepotis, quem occiderit Rhamnes, potiti sunt Rutuli: hic Rutulus Rhamnes est.
- XLII. *Scholia Veronensis ad Verg. Aen. IX 373*  
 SVBLVSTRI Asp.: utrum non nubila inlustrique? nam 'sub' pro 'parum' ponitur: Lucil. (v. 1171 Marx) 'facti subpudet ut di . . . an pro 'subinlustri' positum? ut (*Verg. Aen. I 453—54*) 'namque subingenti lustrat dum singula templo R. o.' Prob. hic posuit aptis(simum hoc) exemplum ex Horatio (c. *III 27, 31—32*) 'nocte (sub)lustri nihil astra praeter uidit et undas'.
- XLIII. *Scholia Veronensis ad Verg. Aen. IX 386*  
 IAMQVE INPRVDENS in Asp.: id est imprudens et ignorans se euasisse. an 'inprudens' quod supra alte(rum) felix (*Aen. IX 384—35*) 'Euryalum tenebrae ramorum onerosaque praeda impediunt'? ergo: imprudens morari Euryalum. hoc potius, ne uel mini)me intercidat sensus calor.
- XLIV. *Scholia Veronensis ad Verg. Aen. IX 402*  
 Asp.: adnotandum . . . s . . . (uex. n). ns . . . eam ue . . . q. quae in metro . . . promn . (i) . . . untes . . . facit; ergo hic adnotemus adfec-tatam structuram, quod loci . . . ora . . . spar orationis adquiri, ut (*Aen. II 369*) 'luctus ubique pauorque et plurima mortis imago' et (*Aen. VI 254*) 'pingue superque (oleum in)fundens ardentibus extis'.
- XLV. *Seruius ad Verg. Aen. IX 418*  
 PER TEMPVS VTRVMQVE congrue dicit telum per tempus utrumque transisse: ait enim 'diuersi circumspiciunt' hoc est huc et illuc ora circumferunt, per quam oportunitatem potuit telum tempus utrumque transire. Asper tamen dicit: 'per tempus utrumque' hoc est inter tempus utrumque, ut econtra (*Aen. VII 30*) 'hunc inter fluuio Tiberinus amoeno' id est per hunc.  
 quod si est, intellegamus in fronte esse uulneratum.
- XLVI. *Seruius ad Verg. Aen. IX 678*  
 ARMATI FERRO aut bene instructi armis aut, ut Asper dicit, ferrea corda habentes, id est dura et cruenta cogitantes, ut Ennium sit secutus, qui ait (ann. v. 400 V.?) 'succincti corda machaeris'.
- XLVII. *Scholia Veronensis ad Verg. Aen. X 6*  
*⟨QVIANAM⟩* Asp.: ἀργαῖσμός; iam in quinto notatur, ubi dixit (*Aen. V 13*) 'heu quianam tanti cinxerunt aethera nimbi'.
- XLVIII. *Seruius ad Verg. Aen. X 189*  
 CRIMEN AMOR VESTRVM Phaethontem amatum a Cyeno aut pie aut turpiter accipiamus necesse est. si turpiter, talis est sensus . . . si pie amauit, secundum Asprum 'crimen' erit causa, ut alibi (*Aen. II 65—66*) 'et crimine ab uno disce omnes', ut sit sensus: o Phaethontiades sorores et o Cycne, causa uestrum id est uestrae mutationis amor est, (quia sic Phaethontem amastis, ut periretis).
- XLIX. *Seruius ad Verg. Aen. X 539*  
 INSIGNIBVS ARMIS Asper sic legit et utitur Sallustii exemplo, qui ait (*hist. II fr. 63 M.*) 'equo atque armis insignibus'.

Probus uero 'insignibus albis' dicit legendum, ut uestes albas accipiamus, quae sunt sacerdotibus congruae.

sicut Statius de Amphiarao dixit (*Theb. IV 218? VI 330 sq.?*).

L. *Scholia Veronensis ad Verg. Aen. X 559*

*(AVT GVRGITE MERSVM VNDA FERET)* Asp.: hoe quidem apud Homerum (*Il. XXI 120 sq.*) de eo, qui in flumine trahebatur, recte positum est, at de eo, (cuius iacet in) campo corpus, si flumine (mersum dicit), non est dictum ratione. sic in quibusdam dum nimio stu(dio poeta ad) Homerum trahitur, neque temporis neque loci habet curam.

LI. *Seruius ad Verg. Aen. X 565*

IGNEM PECTORIBVS ARSISSE Asper dicit ignem hunc animae intellegendum calorem uenientem ex ferocia, ut sit: cum uim suae crudelitatis efflaret, (ut in Georgicis (*II 140*) 'spirantem naribus ignem' de equo).

alii ignem hunc fulminis uolunt, ut sit dictum, quemadmodum in primo (*44*) 'illum expirantem transfixo pectore flamas' . . .

LII. *Seruius auctus ad Verg. Aen. X 673*

QVOSVE NEFAS Asper 'quosne' legit et adnotauit: 'ne' pro 'ue' quasi expletiva particula.

LIII. *Seruius ad Verg. Aen. X 737*

HAVD TEMNENDA VIRI Asper 'uiris' legit, (ut sit: aliis haud temnenda; alioqui ipse ait (*Aen. X 732—33*) 'fugientem haud est dignatus Orodem sternere').

LIV. *Seruius ad Verg. Aen. XI 358*

VENIAMQVE OREMVS AB IPSO CEDAT Asper hic distinguit, (id est: hanc ueniam oremus, ut cedat. aut si coniunete legeris 'cedat ius proprium regi', noua erit locutio accusatiuo iunctum 'cedat' . . .).

LV. *Seruius ad Verg. Aen. XI 801 = Fragm. X.*

LVI. *Scholia Veronensis ad Verg. Aen. XII 460*

Asper: Gygas quod similiter honore . . . . . (sacris sedibus) . . . . . aedem insignem . . . . . ondit.

D. De uerbo.

LVII. *Priscianus institut. gramm. X 7 (Gr. L. II 499, 17 sqq.)*

SAPIO tam SAPVI uel SAPII quam SAPIVI protulisse auctores inueniuntur: Probo tamen SAPVI placet dici, Charisius (*Gr. L. I 246, 11*) SAPVI uel SAPIVI, Aspro SAPIVI et SAPII secundum Varromem (*de l. L. XI fr. 21 Wilm.*), quod Diomedes etiam approbat (*Gr. L. I 362, 25*). Nonius tamen Marcellus de mutatis coniugationibus (*e. X p. 508 M.*) sic ponit: SAPIVI pro 'sapui' . . . . . Caper utrumque in usu esse contendit.

LVIIIa. *Priscianus institut. gramm. X 47 (Gr. L. II 536, 5 sqq.)*


In 'to' C antecedente inuenio PECTO, cuius praeteritum plerique PEXVI; Asper tamen PECTVI, Charisius (*Gr. L. I 245, 16*) PEXI protulerunt. Mae- cenas in Octauiam . . . . . similiter NECTO NEXVI et NEXI. Vergilius in V (*425*) 'et . . . . . innexuit armis', Sallustius in historiarum I (*fr. 144 M.*) 'nexuit catenae modo', Lucilius in V (*v. 216—17 Marx*) 'hic solus . . . tum retia nexit', Propertius (*IV 8, 37*) 'at tibi . . . . . nexisti . . . lecto'. FLECTO uero FLEXI facit et PLECTO PLEXI antique.

LVIIIb. *Priscianus partit. XII uers. Aen. VI 131 (Gr. L. III 489, 34 sqq.)*

In 'to' desinentia uerba, C quidem antecedente, tria sunt, quorum unum in XI facit praeteritum perfectum: FLECTO FLEXI, duo autem in XVI: NECTO NEXVI, PECTO PEXVI — uel PECTVI: sic Asper De uerbo, Charisius uero (*Gr. L. I 245, 16*) PEXI protulit.

E. Vergilius Aspri.

LIX. *S. Seruius ed. Thilo-Hagen III 2 p. 533—40.*



LIX. S. Seruius ed. Thilo-Hagen III 2 p. 533—40.

egendum, ut uestes albas accipiamus,

b. IV 218? VI 330 sq.?).

ET> Asp.: hoe quidem apud Homerum  
trahebatur, recte positum est, at de  
mine (mersum dicit), non est dictum  
stu(dio poeta ad) Homerum trahitur,

dicit ignem hunc animae intellegen-  
t: cum uim suae crudelitatis efflaret,  
us ignem' de equo).

sit dictum, quemadmodum in primo  
flammas' . . .

t adnotauit: 'ne' pro 'ue' quasi ex-

legit, (ut sit: aliis haud temnenda;  
n haud est dignatus Orodem sternere').

T Asper hic distinguit, (id est: hanc  
te legeris 'cedat ius proprium regi',  
at' . . .).

. . . (sacris sedibus) . . . . . aedem

499, 17 sqq.)  
IVI protulisse auctores inueniuntur:  
Gr. L. I 246, 11) SAPVI uel SAPVI,  
nem (de l. L. XI fr. 21 Wilm.), quod  
2). Nonius tamen Marcellus de mu-  
ponit: SAPVI pro 'sapui' . . .

I 536, 5 sqq.)  
uius praeteritum plerique PEXVI;  
I 245, 16) PEXI protulerunt. Mae-  
TO NEXVI et NEXI. Vergilius in  
istius in historiarum I (fr. 144 M.)  
16—17 Marx) 'hic solus . . . tum  
i . . . nexisti . . . lecto'. FLECTO  
ique.  
gr. L. III 489, 34 sqq.).

edente, tria sunt, quorum unum in  
FLEXI, duo autem in XVI: NECTO  
I: sic Asper De uerbo, Charisius  
ri.